

expediuntur, non expirant morte Papae integra, quamvis dicamus eas esse gratias faciendas, quia neutrum horum officium expirat morte Papae integra, vt de officio Legati deciditur expresse in cap. Legatus de officio Legati, in 6. & de officio Penitentiarii in Clementina 2. §. eiamen prouiso de electione, & in terminis ita obseruat Sanch. vbi supra, num. 92. vbi num. 93. resoluit etiam.

24 Priuilegia, & indulgentia Bullae Cruciatæ concessa visitantibus altaria, & facultates edendi lactinia, & cætera à nullius exequutione pendentes, necnon, & indulgentias semel in vita, & semel in mortis articulo per confessarium concedendas, ac absolucionem à referuatis, vtorumque commutationem per ipsum præstandas morte Papæ eas concedentis non perire, quia omnia illa sunt gratia iam facta ipsi penitenti, & præterea confessarius non est in hac specie minister voluntarius, sed necessarius, siquidem electus est à penitente virtute Bullæ, vt concedat penitenti postulantem omnia illa, quæ Bulla indulget, hocque pro remedio animæ conceditur, qui vere est actus necessarius, & aliis rationibus quas ibi adducit citans Auctores huius sententia.

Tandem in tota illa disputatione 28. à sui principio late agit de quibus alia potestate delegata generaliter, quando expirat morte, vel cessatione officii Delegatus re integra in impedimentis contingentibus tam in rescriptis iustitiæ, quam gratia, sed quia hæc tangunt, & pertinent ad alias materias, tantum hic adduximus, quæ ad nostram matrimonii spectant, cætera ab ea extranea consulto omitentes, videnda tamen erunt, quoties opus fuerit eis in praxi, quia optime sunt congesta.

CAPITVLVM CXXVI.

Quo tempore preces dispensationis matrimonialis debeant esse vera?

SVM MARIVM.

- 1. Precum veritas, de qua in dispensatione ad contrahendum matrimonium, quo tempore interuenire debeat, & probanda sit tam de iure quam de facto?
- 2. Causa dispensationis vere probata, si postea deficiat, an matrimonium valde contrahi possit, & quid in dubio, late hic agitur.

Veritas precum, quæ Summo Pontifici, vel Penitentiario porriguntur ad obtinendam dispensationem impedimentorum matrimonii in foro exteriori, vel interiori animæ respectiue desideratur atque requiritur, vt ad hoc tempore concessio Pontificis, vel Penitentiarii, quare subreptitia erit dispensatio, si tunc vere non sint, quamvis tempore procedenti fuerint, vel tempore subsequenti, vera existant, hæc conclusio probatur ex text. in cap. quia circa de consangu. & affini. dum ibi deciditur, falsam fuisse causam allegatam ad dispensationem matrimonialem, nempe prolem habitam, cum tamen ante dispensationem obtentam proles decessisset, ergo non sufficit tempore procedente causam fuisse veram.

Secundo probatur argumento text. in cap. si eo tempore de rescript. lib. 6. vbi deciditur, quod is, cui prouideri mandatur de beneficio curato, non potest id consequi, si tempore datæ non sit legitima ætatis, quamvis tempore collationis eam ætatem habeat, & reddat text. rationem; cum tempore datæ non elles idoneus, & ibi glossa verbo cum tempore, ait, tempus datæ esse inspiciendum, & allegat alios textus hoc idem probantes.

Tertio, hoc constat ex clausula illa in facultate, & commissione dispensandi apposita, nempe si preces veritati nitantur, quo igitur tempore debent esse vera, nisi, quo hæc verba proferuntur, & sic tempore datæ, quod tempus est præsens subiacentiu modi, & hæc est aperta mens Pontificis, & Penitentiarii committentis, iuxta quam ipsa dispensatio regularitur, qualitas namque adiecta verbo debet regulari secundum tempus verbi, l. in delictis: §. sexcentum, ff. de uxal. l. Titius, ff. de testam. mil. & ideo merito hæc sententiam tenent, & probant Hostiens. in d. cap. quia circa, paulo post princip. verbo ingressa, & ibi Ioan. Andr. numero 3. Ant. de Butrio, numero etiam tertio, notabil. tertio, Abb. num. 4. Alexand. de Nevo, num. etiam quarto, Præposit. num. 1. notabil. 3. Rebus. in tom. secundo Regiar. consil. titulo de rescript. in præfatione, numero 56. versiculo 14. Malcard. de probat. tertio tom. conclusio 1128. num. 22. nos l. 2. Canonie. quaestio. num. cap. 15. num. 133. nec non Cordub. in summa. quaestio 45. opinio 2. puncto primo, Manuel Rodriguez in primo tom. sue summa. in secunda editione, cap. 238. numero vltimo, Vega, & alii, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. de matrim. lib. 8. dispus. 30. num. 4. vbi num. 5. addit hinc inferri, ordinarios, & confessarios, quibus hæc dispensationes committuntur, cautissime se habituros esse, dum precum veritatem examinant, nam facillimo negotio decipiantur solam causæ veritatem examinantem, cum sepe contingat eius veritas post concessionem Romæ factam, & verbi gratia, allegatur, fecerim fame iacturam passam esse ex frequenti conuersatione cum viro, & lepæ ea infamia post tempus datæ dispensationis suborta est, & quod ideo cautissime, & magna diligentia inspicere debent tempus datæ, & examinare an tunc verificetur causa, prout necessarium esse constat ex prædictis.

Nihilominus tamen praxis communis, & stylus antiquus habet, verificari preces tempore quo apud Ordinarium producantur, & presentantur hæc dispensationes matrimoniales, tunc enim producuntur etiam interrogatoria, quibus articulat veritas causarum tempore quo informatio testium fit, nempe, que la muger que daria infamada, si esse casamiento no se hiziesse, o que no hallaria varon de igual condicon con quien se pudiesse casar, que no fuesse su pariente, &c. como el dicho fulano, propter angustiam loci, & sic de cæteris causis, quibus sic probatis (nullo facto nec probato articulo de tempore datæ, nisi expresse hoc requiratur, vel dicatur in commissione dispensationis) expediuntur præd. dispensationes, dummodo non constet de falsitate precum tempore datæ, & sic vidimus quotidie seruari in praxi, & prædicauimus abhinc 40. ann. & plus absque vlla contradictione, aut dubio in diuersis tribunalibus.

Dubitari tamen sæpe poterit, an si causa dispensationis fuit vera tempore impetrationis ipsius, at postea eius veritas cessat, siue tempore, quo Ordinarius, vel confessor dispensaturus est, siue postquam dispensauit antequam exequutioni mandetur id, ad quod est impetrata dispensatio, ea euanescat ex cessatione causæ, verbi gratia: Maria allegauit defectum dotis competentis, vt secum dispensaretur, & vere tunc & quando Papa gratiam concessit, pauper erat, sed postea, vel antequam Ordinarius dispensationem exequeretur, vel postquam exequutus est eam, antequam matrimonium contraheret virtute illius dispensationis, comparauit dotem sufficientem, dubitatur, an valor huius dispensationis cesset, eo quod eius causa cessauerit? Pulchra quidem, & difficultis quaestio est, in qua diffuse procedit Thom. Sanch. d. l. 8. de matrimo. d. ff. 1618.

miene 30. numero 6. cum sequentibus: ego vero eius mentem, & distinctionem breui sermone comprehendam, meumque iudicium interponam in hunc modum.

Aut causa à principio vera, quæ postea cessat, est impulsiva, aut finalis: si fuit impulsiva, quamvis postea cesset, non corrumpit dispensatio, vt bene ibi probat, numero 7. & hoc est certum, & verum.

Si vero causa erat finalis, exigitur ad dispensationis valorem, vt causa in literis narrata verificetur tempore, quo fuit proposta Pontifici, vel Penitentiario, & etiam tempore, quo hi examinata precum, veritate dispensationem exequuntur, quare si causa veritas tunc cesset, euanesceat dispensatio, quia causa eius finalis dispensauit, dum erat in fieri, & nondum consummata, vt ibi recte probat, num. 12.

Si autem cessat omnino causa finalis dispensationis, postquam iam Ordinarius, vel confessor dispensauerit, & sic omnino perfecta, & consummata est in se dispensatio, nondum tamen soluta, est iurum effectum, quia matrimonium non est contractum, vel si cepit fortiri effectum, is est commode diuisibilis; duplex est sententia: prima habet, tunc non cessare dispensationem, cuius opinionis fundamenta, & Auctores plures refert ibi Sanchez numero 18. inter quos & nos lib. 12. Canonie. quaestio. num. cap. 15. numero 30. & numero 134. & lib. 1. cap. 15. numero 22. in principio; & in fin. & tandem affirmat, quod qui hanc sententiam amplecteretur damnari non posset, cum graues pro se Auctores habeat, nec rationibus desituta sit, nec opposita ita concludant, quin solui possent, Ego hanc nunc quoque veram esse censco ac tenendam.

Secunda sententia in hoc habet, cessare tunc eius dispensationis valorem, quo iure comprobatur Sanchez vbi supra, numero 14. per totum, & accedens tanquam multo probabiliori autoritate plurium Auctorum tenentium generaliter, & indistincte, cessante dispensationis causa ipsam cessare, inferens ex eis numero 19. quod ad hoc vt dispensatio valida sit, ac suam firmitatem conferuet, opus est duplici tempore verificari totam causam finalem, ex qua valor dispensationis pendet, nempe tempore datæ commissionis, & tempore, quo omnino consummandam est alieque iurum vltimum indiuisibile effectum, & sic quod vtroque hoc tempore non cessarit omnino causa finalis. Prima tamen sententia distinguens mihi verior videtur, licet secunda sustineri valeat, in dubio autem an cessauerit omnino causa dispensationis, iudicanda est dispensatio valida, vt bene censet Sanchez vbi sup. num. 9.

Quod si medio tempore inter concessionem, dispensationem, & exequutionem Ordinarij, vel confessoris, cui dispensatio respectiue commissa fuit, deficiat veritas causæ, sed vtroque tempore vera fuit, vt si femina impetret dispensationem ad matrimonium ex causa defectus dotis, & vere dum Pontifex dispensauit, pauper erat, diues tamen effecta est antequam literæ ad manus Ordinarij venirent, & iterum ante id tempus rediit ad pristinam paupertatem, valebit quidem dispensatio, quia cum vim suam, & valorem habere debeat ex voluntate Pontificis, vel Penitentiarij concedentis, & Ordinarij, vel confessoris exequentis, sufficit eo duplici tempore causam esse veram, ne subreptionis vitio valeat notari, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 16.

Qui numero 17. addit, quod si causa vtroque hoc tempore verificetur, & sic legitime concedatur dispensatio, et si postea deficiat, & ita cesset dispensatio, credit mentem concedentis eam esse ne ita cesset, vt valore suo desitatur redeunte illa causa,

sed suspensum esse valorem dispensationis, ita, vt dum causa non reddit, nec licitus, nec validus sit eius dispensationis vltus: ad eademmet causa redeunte valebit dispensatio.

Ego vero cum fuerim sequutus primam opinionem principalem supra adductam in versu. si autem cessat omnino causa finalis, &c. eamque teneant, graues alij Auctores, vt prædiximus, minime probare possum hanc vltimam additionem Thomæ Sanchez modo relata, si quidem verificata causa, dispensationis vtroque prædicti tempore requisita; & sic legitime concessa iam ipsa dispensatione, & perfecta, et si postea casu deficiat causa, amplius dubitari non debet de eius valore, nec esse impeditum eius vltus: non enim video, aut considerare possum tale esse mentem concedentis, qualem credit Sanchez, nec vnde eam collegerit, semel namque perfecta dispensatio atque legitime concessa, non debet retractari, nec suspensum eius vltus, siquidem iam completa, & obseruata est mens, & præceptum concedentis, alias enim mille serupuli inde pluries orirentur dicendo, iam cessat, iam reddit causa, iam non reddit, sed deficit, & animæ fidelium illaquearentur contra mentem Pontificis, accedat tandem, quod cum Pontifex in commissione dispensandi in impedimentis matrimonij, si preces veritate nitantur concedat Ordinario licentiam, & facultatem dispensandi ita vt matrimonium inter se contrahere possint impetrantes, seruata intere Sacri Concilij Trident. & in eo postmodum libere, & licite permanere, hoc legitime perimpetrantes, & sententia Ordinarij probato, & completo, & totis suis numeris absoluto, & pro tali declarato, cur est amplius dubitandum de eius valore, nec suspendendus eius vltus, quod postea causa dispensationis cessare incipiat, vel cesset tempore, quo de causa iam non est amplius discutendum? & ita censco tenendum, ac proinde deponere debere partes serupulum, si quem forte habeant, salua correctione Sandæ matris Ecclesiæ.

CAPITVLVM CXXVII.

An dispensatio in voto castitatis, religionis, vel non nubendi extinguatur priori matrimonio inito, iam dissoluto, vel dispensato egresso territorio dispensantis?

SVM MARIVM.

- 1. Dispensatio in voto castitatis, vel religionis, vel non nubendi, an si realis, circa plura matrimonia, vel tantum circa primum? & numeris sequentibus vique in finem.
- 2. Dispensatio facta in fauorem filij illegitimi pro vno beneficio, an si collatus illi si vltus, extendatur ad alium?
- 3. Dispensatio Episcopi ad matrimonium contrahendum procedit vbiq; terrarum.

Quando ex dispensationis verbis colligitur, ad vnicum matrimonium eam concedi, id proculdubio erit obseruandum, tum tamen matrimonium sit validum, nam si irritum, siue nullum non extinguit dispensationis effectum: sermo siquidem simpliciter prolatus intelligitur pro primo actu valido, vt latissime ex multis comprobatur Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone, limitationis 1. num. 1. cum sequentibus, ff. de verb. significacione.

Idem etiam videmus in illegitimo dispensato ad vnicum.

vincium beneficium, nam si collatio illius sit irrita, non finitur per eam præd. concessio, & dispensatio, tenet Anchar. in c. 1. questione penultima de filiis presbyr. m. 6. & ibi Dominicus, numero penultimo, & Franc. numero 13. quia dispensatio debet intelligi cum effectu, ergo ita in proposito dicendum est, vt quamuis dispensatio voti expresse restringatur ad vnicum matrimonium, intelligenda sit de valido matrimonio, non vero de irrito, nisi in eum quo dispensatum est, scienter inierit matrimonium irritum; tunc namque ne ex sua fraude commodum reportet, dispensatio extinguatur eo primo actu, quamuis irrito, vt declarat, & tenet præcitat. DD. & Tiraquel. latissime id probans ubi supra a numero 29. cum sequentibus, & vtrumque Thomas Sanchez de matrimonio libr. 1. disputatio 10. numero secundo, tertio, & quarto, ubi numero 3. quod nec etiam ea dispensatio extinguatur primo matrimonio valido, soluto tamen ante consummationem; aut morte, aut professione alterius coniugis, aut Pontificis dispensatione, quia tunc non dicitur perfecte, & omnino ininitum id matrimonium, ad quod dispensatum est, si non consummatur; nec dispensatio est omnino suum effectum sortita, vtpote, quæ ad id est, vt matrimonium consummatur; & sola matrimonij consummatio repugnat voto. Si vero dispensatio voti non restringatur ad primum matrimonium tantum, nec explicetur in ea, vt liceat matrimonium inire toties, quoties libuerit, & sic in dubio videtur ea intelligi de sola prima vice, ex tex. in cap. primo, §. illi vero de filiis presbyr. numero sexto, ubi quod filius illegitimus, cum quo dispensatur ad beneficium, non potest nisi vnicum obtinere, eo quod dispensatio sit stricti iuris, secundo ex d. h. bonis, §. hoc sermone ff. de verborum significatione. Nihilominus tamen Thomas Sanchez ubi supra, numero septimo, cum sequentibus, articulum huic tribus conclusionibus explicat: prima est, vt si dispensatio fiat absolute, & totalis in voto castitatis, religionis, aut non nubendi, probabilius sic licere toties, quoties matrimonium inire, & sic dispensationem non extingui prima vice: hanc limitat primo numero nono, nisi causa dispensationis omnino cessare: secundo limitat in numero decimo, nisi potestas dispensandi limitata sit, vt si Episcopus in votis absolutis castitatis, vel religionis dispense ratione urgentis necessitatis.

Ego vero certius esse in dubio indistincte censeo in specie huius conclusionis non intelligi dispensatum nisi pro prima vice, ea ratione, quia dispensatio præd. sit odiosa, & stricti iuris, vt est prædictum, ita tenet Henriquez libr. 12. de matrimonio, cap. quinto, numero septimo in commento litera V.

Secunda conclusio est, quando dispensatio partialis esset quoad actum, vt in voto castitatis, aut religionis, ad contrahendum matrimonium, non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem primo actu extingui, at probabilius reputat Sanchez numero 11. & 18. non extingui, sed licere ad alia matrimonia transire permanente eadem dispensationis causa: secus si causa non permanet, ex rationibus, de quibus ibi per eum, ubi citat Stenitic. questione sexta de voto, numero 125. & Angles in Floribus Theologicarum questionum, ubi de voto, questione unica, articulo octavo, post secundam difficultatem. In dubio primo, hanc opinionem volentes, saltem Stenitica: nam Angles ubi supra, tantum dicit, Monachum professum, cum quo dispensatum est ad matrimonium, non teneri mortua vxore ad religionem redire; ego vero censeo verius, & securius esse etiam in specie huius conclusionis indistincte dispensationem præfatam intelligi tantum de-

bere pro prima vice, non vero pro secunda eisdem rationibus, quibus contra primam conclusionem præfatam tenuimus, nempe, quod dispensatio præd. sit odiosa, & stricti iuris, & in dubio pro prima vice intelligi debere.

Tertia conclusio, quando dispensatio in his votis limitatur quoad personam, cum qua in eundem est matrimonium, tunc ex mente disponentis iudicandum erit, an extinguatur pro prima vice, vel vltorius extendatur, vt in exemplis ibi per eum ficit, num. 13. Ego vero hanc conclusionem tunc probarem quando aperte, vel saltem quasi in dubio mente Pontificis dispensantis confiteri voluisset vltorius extendi ad alias nuptias dispensationem suam, & sic realem esse: secus in dubio ex rationibus de quibus supra.

Illud autem eiusdem Authoris dictum num. 17. 3. probat, nempe dispensationem Episcopi cum subdito in voto non nubendi prodesse, & extendi, vt vbi que terrarum extra territorium Episcopi dispensantis sic dispensatus possit ad nuptias transire absque voti violatione, vt ibi recte, & late probat.

CAPITVLVM CXXVIII.

De intelligentia aliquarum clausularum, que in commissionibus dispensationis in impedimentis matrimonij apponuntur in vtroque foro.

SUMMARIVM.

1. Augmentum dotis clausula in dispensatione matrimonij alicui commissa quomodo intelligatur?
 2. Muneris cuiusque spe, aut præmij recipiendi prohibitio, de qua in alia clausula matrimonialis dispensationis quomodo intelligatur? & numeris sequentibus.
 3. Consuetudo, que in aliquibus Diocesis inoleuit accipiendi pro dispensationibus matrimonialibus vltra iura facta pro aliis actibus, del arancel, an sit valida?
 4. Consuetudo inducens prouitatem peccandi non valet.
 5. Consuetudo contra interdictum, vel alius censuras Ecclesie habens ne obseruentur, non valet.
 6. Diuinitas peccandi auget peccatum.
 7. Officialis Ecclesiasticus expediens dispensationes matrimoniales sibi commissas antequam munera sponte oblata restituere?
- Præcipue si esset exiguus muneris sponte oblata a persona qualificata, cui esset dedecus illud re habere, numero 1.
- Et quid omnino expedita dispensatione, præcipue excommunicationis, & poenitentiarum? num. 9.
10. Præcceptum veritas, de quibus in dispensatione matrimonialis quomodo verificanda sit?
 11. Ordinarius cui constituitur dispensatio matrimonialis potest ex iusta causa dispensare circa monitiones non obstantes clausula dispensationis, qua asseritur seruata forma Concilij Tridentini.
 12. Et quid quando matrimonium est nullum ex impedimento dirimens, & denno est celebrandum? num. 12.
 13. Causa adiecta dispensationi quo contrahere volentes sunt nobiles, vel principes, Oppidi, vel Civitatis an sit probanda?

14. Concilij Tridentini sessione 24. caps. in fine de matrimonio dispensatis, ne inter magnos Principes dispensentur in secundo gradu ad contrahendum matrimonium, nisi ex causa publica intelletus.

15. Ordinarius dispensans ad matrimonium an verificare teneatur verba illa dispensationis, & ipsi ex certis, rationabilibus causis animum suum mouentibus cupiunt, &c. an possit, vel debeat ea petere verificari?

16. Confessor electus literis sacre Penitentiarie in foro conferentia ad dispensandum in matrimonio; approbatus tamen ab Ordinario ad audiendas confessiones vtrorum, non vero mulierum, an possit præd. dispensationes expedire?

Et numero 17. in approbato ad audiendas confessiones huiusmodi electo virtute Bullæ Cruciatæ, & num. 19. & 20. & 21.

18. Confessio sacramentalis an sit necessaria ad dispensationem, abolitionem, & commutationem voti alicui commissam?

22. Impedimentum dirimens an debeat delegi alteri coniugi, & quomodo ad hoc vt in matrimonium uerum valide contrahi possit?

23. Expensas dispensationis quis soluere debeat quando restituitur a fide data matrimonij contrahendi?

Primo agemus, quando apponitur in commissione dispensationis directæ officiali, vel Ordinario alicuius Episcopatus clausula de dotis augmento faciendo per virum, quod allegatur tanquam causa, vt hæc dispensatio concedatur, an necessario sit integra dos femine augenda, ita vt augmentum illud, simul cum illius femine dotis plenam, & sufficientem dotem constituat iuxta feminae qualitatem? & tunc quidem hoc erit necessarium, sine ipse eam docturus, siue alius dotem. augeat, vt hoc speciale matrimonium contrahatur, & non alias, idem namque est ad huius dispensationis valorem, ac si vir ipse augeat, non enim ad illam referret, ex cuius bonis augmentum id fiat, vel quis illud faciat, sed solum expectatur, vt ea liberalitas augmenti dotis feminae pariter fiat, vt huic nubat: vnde si vir, propter paupertatem dotem augere non possit, atque ita mentis esset, allegans se velle eam dotare, cum tamen alius esset, qui de hac dote danda feminae pactus esset, si huic viro nubere, verificatur substantia causæ, ac proinde dispensatio valebit, quia cum mendaciam sit circa rem, nihil conferentem ad dispensationem; eam non vitiat, semper enim, quod principaliter agitur, est attendendum, vt in l. non omnis 19. ff. si certi. petatur: hic autem agit de dote competente augenda, ea que vere est mens Pontificis dispensantis: ergo nihil referri, si augmentum fiat, vel præstetur a viro, vel alio, dummodo vere augeatur dos vsque ad quantitatem, secundum qualitatem femine ducende competentem, quando hoc exprimitur his verbis in dispensatione, cum enim in hac specie, verbum augere, cadat supra dotis quantitatem, & ponatur particula, vsque, iuncta cum quantitate illius dotis augenda, completitur totam dotis quantitatem, quæ debeat, vt sit competens iuxta feminae, qualitatem, etsi aliquod huic augmentum deficiat, non dicitur vere aucta dos vsque ad quantitatem competentem qualitati femine; secus tamen esset, si clausula diceret velle virum augere competentem dotem femine; hæc namque verba non important integram quantitatem suppleendam esse, sed augmentum illud dotis suppleendum esse competens, & consideratio-

ne dignum attendit qualitate feminae, quare secus esse videtur in hac specie, si aliqua ex parte augeatur dos, dummodo illa pars repuretur alicuius momenti, & digna qualitatis feminae; quem sensum videntur habere verba illa, quæ aliquando in his dispensationibus adici solent, & quidam consanguineus dotem huiusmodi iuxta statum sui conditionem augere vult, satis enim esset iuxta proxime dicta, si augmentum, licet non sit integrum, & plenum, sit tamen eius qualitatis, vt dignum sit statu feminae, illique competens, ita intelligitur atque existimat Thomas Sanchez de matrimonio libr. 2. disputatio 23. numero 6. ainc deducens num. 7. teneri Ordinarium examinare diligenter huius causæ veritatem, discutendum, an id augmentum promittens, sit illud soluendum, & faciat, vt id scriptura publica promittat muliere acceptante, vt verificetur dotem esse autam, prout petitur in hac dispensatione, & aduertat etiam, si maritus (adde, vel alius id promittens) habeat filios ex alio matrimonio, an quantitas hæc excedat, vel non quintum bonorum istorum, in quo solo potest filius præiudicare in his Regibus, quæ optima aduertentia est, & præterea alia, an præd. bona sint libera, de quibus disponere possit, vel implicata re alieno.

Prædict. tamen differentia Sanchez inter præfatam speciem dispensationum circa quantitatem augmenti dotis, non videtur tam præcisa, vt diuersum ius in vtraque statu debeat, imo censeo idem dicendum in utraque, dummodo defectus augmenti moraliter loquendo non sit magnus iuxta qualitatem feminae. Non enim plenitudo, & sufficientia dotis consistit in puncto indistinctibili, sed arbitrio boni viri, hoc est recti iudicis consideratis debitis circumstantiis iudicanda, & arbitranda erit.

Circa illam autem clausulam ordinariam dispensationis impedimentorum matrimonij: deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblata, a quo te omnino abstinere debemus: iuncta alia circa idem in fine posita: volumus autem, quod si præta monitione nostra, huiusmodi aliquid muneris, aut præmij, occasione dispensationis exigere, aut oblata recipere temere præsumptis excommunicationis late sententia poenam incurras, dubitatur primo an iura, hoc est, siue derechos ordinarios arancel, officialis cum quo hæc clausula loquitur, possit licite recipere, & absque incurso præd. poenæ excommunicationis? & in hoc pars affirmatiua est indubia, quia hæc non sunt munera, nec præmia, sed iure debita, quæ alias pro similibus actibus sunt taxata, como es por la p. asuacion de la dispensacion, y la comission para hacer la informacion de la verificacion de la narracion, y por la sentençia, & similit. como el Notario ante quien se expide queda llenar, y llenar los fijos: quod autem prohibetur, est recipere munus, aut præmium, hoc est, algun don o premio, y la esperança de recibirlo por accion de la dispensacion: los derechos justos no son esto: ergo, &c. y la razon es, porque por codicia no lleuen lo que no se debe por dispensar, ni lo reciben aunque las partes de su voluntad lo ofrecen, y así dispensen aunque no se verifique la narracion, como de uso, y se requiere, que en efecto lo que se prohibe es los cobrados, dones, y presentes, mas no los derechos justamente devidos, como dicho es.

Secundo dubitatur, an licita sit consuetudo, quæ in aliquibus diocesis inoleuit, accipiendi pro expeditione dispensationis vnum scutum aureum, alteriusve quantitatis pro labore, quem officialis præd. diocelanus subit in ea dispensatione expedienda, Nauar. namque in hac questione libr. 1. consil. 18. secunda editio, titulo de rescrip. consil. vltimo per totum id negat attentis præd. clausulis dispensationis, &

præterea ex tex. in cap. statum. §. in super. de rescrip. in 6. vbi interdicitur iudici Ecclesiastico Delegato cuiuscunque muneris, aut stipendij receptio præter esculenta, & poculenta gratis oblata, quæ paucis diebus consumi possunt, & præter itineris expensas si causa delegationis è domicilio exeat.

Sed nihilominus Thomas Sanchez vbi supra, numero 10. refert alios viros doctos sustinuisse contrarium, & sic id licere; primo, quia prohibitio huius clausulæ loquitur de munere aut premio, quæ pro gratitudine sponte offeruntur, at quod est laboris impensæ stipendium, non est remunerationis præmii, nec muneris rationem habet: secundo, quia mens Pontificis in prohibitione est ne muneribus corruptus, & exsecratus Ordinarius minus bene munus suum exequatur, at laboris iure, vel consuetudine debitum non corrumpit iudicem, nec ipsum à recto desistere obligat. Quibus rationibus hanc posteriorem sententiam verissimam esse existimat. Sanchez vbi supra, num. 11. & quia de ea statum. §. in super. pro prima sententia adductum non loquitur de quocunque iudice Delegato, sed de Delegato per literas iustitiæ ad litem inter partes agendam, qualis non est hic, & est, quod de quocunque Delegato loqueretur, consuetudo jam obtinuit, vel saltem declarat hoc stipendium recipi posse.

Quid tendendum in hac specie? Ego semper dubitavi de valore præd. consuetudinis, & nunc eam non excusare censo, & contrariam respicio, dicant quicquid velint officiales Episcoporum, seruantes præfatam consuetudinem, male ferentes hanc Nauarr. & nostram sententiam, quæ vera est contra alteram Sanchez, & omnino tenenda sequentibus fundamentis.

Primo, quia non valet consuetudo inducens proni- tatem ad peccandum, cap. ex parte de consuetud. & ibi DD. Petrus de Rabena in enarration. ad tit. de consuet. sectione 22 num. 44. fol. mibi 131. in paruis, columna 1.

Secundo, quia non valet consuetudo contra interdictionem, vel alias censuras Ecclesiæ habens ne obseruentur, tex. est in cap. cum inter de consuetud. & ibi DD. & redditur tex. rationem in fin. in hunc modum, nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, disrumperetur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum diximus irritandam, & per illum tex. vltra DD. ibi tenet Rochus de Curt. in c. cum tanto de consuetud. sectione 5. num. 34. vers. octauo in fertur. folio mibi 74. col. 3. & optime Hugolin. de censur. Eccles. Tabul. l. §. 11. numero 1. & 2. folio 140. vbi quod licet tex. ille loquatur in consuetudine non seruandi interdictionum: idem & in aliis censuris obseruandum est ex præd. ratione illius tex. quæ ratio eadem est in ipsis, ac propterea eadem debet esse dispositio: argumento l. illud. cum similib. ff. ad l. Aquil. tum etiam quod ratio illa generalis est, quo casu etiam si lex specialis sit, generaliter tamen accipi debet argumento l. Regula §. penultim. & ibi notant Barto. & Bald. ff. de iur. & fact. ign. stantibus igitur præd. clausulis omnino prohibitiuis in commissione dispensandi in matrim. impediuntur, recipiendi quid, muneris, vel præmij etiam sponte oblatis occasione illius dispensationis sub pœna excommunicationis Papalis late sententiæ, quæ consuetudo potest valere non seruandi, & timendi præd. censuram, quæ ob peccatum mortale præfertur, quantumcunque antiqua sit præfat. consuetudo? nonne temeritas magna erit illam censuram negligere, vt inquit eademmet clausula final. eiusdem dispensationis, ibi, volumus autem quod si spreta monitione nostra eiusmodi, aliquid muneris aut præmij occasione d. dispensationis exigere, aut oblatum recipere temere præsumpseris excom-

municationis late sententiæ pœnam incurras? ergo nullo modo hoc est faciendum.

Tertio, quia quantumcunque tempore censuram non seruent aliqui, non idcirco faciunt, quo minus peccent, quandoquidem diuturnitas peccandi, non modo peccatum, eiusque pœnam non minuit, sed contra potius, vt in cap. cum tanto de consuet. vbi dicitur, cum tanto sint grauiora peccata, quanto diu- sus infelicem animam detinent aligatam, nemo sana mentis intelligit naturali iure (cuius transgressio periculum salutis inducit) quacunque consuetudine, quæ dicenda verius in hac parte corruptela) possit aliquatenus derogari, licet enim longæque consuetudinis, non sit leuis authoritas: non tamen est vsque adeo valitura, vt vel iuri postposito debeat præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitime præscripta: hæc autem, de qua agimus, non est huiusmodi, sed fundata in pura auaritia, & contra censuram Ecclesiæ, & sic cum peccato, ergo minime est valida, nec seruanda, etiam si diuturna sit, imo hoc ipso grauiora sunt peccata inde sequuta, vt in d. ca. cum tanto in principio, & bene Hugolin. vbi supra, num. 3.

Modo non obstant fundamenta contrariæ sententiæ, & non quidem primum de stipendio laboris impensæ, quod hoc non est prohibitum in dictis clausulis, sed tantum muneris, aut præmij in gratitudinem oblatio: responsio namque est in promptu, nempe, quod in stipendio laboris impensæ in dictis locis, iustos derechos deudos confirmo al arancel del Obispa- do, y no mas. & hæc jam supra permiximus: pero no mas aunque sea por costumbre antiquissima, porque lo demas de- fieso excesso, y supya don y cobicho grauios.

Nec etiam secundum oblat, quia mens expressa est ne quid muneris, aut præmij etiam sponte oblatis exigatur sub pœna excommunicationis late sententiæ, quæ est lo que se lleua mas por la dispensacion de lo que son derechos justos, y deudos.

Ex quibus iam clare patet minime licere consu- lere, nec seruari in posterum præd. secundam sen- tentiam, deinde etiam non licere officialem huius- modi recipere ea esculenta, & poculenta, quæ pau- cis diebus consumi possunt permissa aliis iudicibus Delegatis per tex. in d. c. statum. §. in super. vt rectius, & late probat idem Sanchez vbi supra, num. 12.

Displicet tamen mihi eiusdem Authoris additio 7 ibidem n. 13. dum tenet quod officialis has dispensatio- nis expediens non tenetur contra sponte oblata, restituere, quia tantum delinquit contra prohibiti- onem huius clausulæ, quæ solum contrauenti ex- communicationem imponit, nec ullum verbum habet, quod dominij translationem impediatur; non mi- hi inquam placet hæc opinio, quia cum non solum ipsa exactio cuiuscunque præmij, aut muneris sit prohibita, sed etiam omnis spes id recipiendi, conse- quitur quod conueniens tenetur id restituere, et- iam si sponte sibi sit oblatum, si tunc teneretur etiam restituere cætera recipi prohibita, vt alias diximus in materia vsurarum lib. 2. Canon. quæstionem ca. 23. de simo- niis, num. 46. sufficit enim tam enixa prohibitio ab ini- tio facta, vt intelligatur mentem Pontificis eam fuisse, vt nihil recipiatur, nec retineatur: si enim ex- recipiens incurrit sententiam excommunicationis ipso facto, quomodo absolendus erit ab ea, nisi male receptum restituat, & sic parte satisfacta, licet enim sponte fuerit oblatum, illa oblatio potius dici potest inuoluntaria, si quidem sit gratia consequendi facilius dispensationem ab officiali, multoque certius quando dubitatur de integra precum verificati- one post expeditam dispensationem, & sic finitæ delegatione.

Exiguitas tamen, vel paruitas materiæ dati, & re- cepti

cepti bene excusaret restitutione præcipue quan- do fuit sponte oblatum à persona qualificata, cui esset dedecus illud rehabere, illique iniuria fieret si ipsi rediret.

Præterea si expedita omnino dispensatione, & sic finita delegatione aliquid sponte offerretur tam- esculentorum quam poculentorum, alteriusque mu- neris, & recipiatur, non ex hoc officialis incurreret in illam excommunicationem literarum Apostoli- carum, siquidem hoc non sit occasione dispensatio- nis expedienda, cum sit iam expedita, sed in meram remunerationem naturalem, & gratitudinem omni- no voluntariam beneficii præcedentis, quæ habet, & beneficii beneficiis: argumento l. Arelino Regulus 27. cum similib. ff. de donat. & in l. sed est lege, §. consulit in fin. ff. de petitione hered. cum late cumu- latis à Tiraque, in l. si inquam verbo donatione largiens, num. 11. cum sequentibus, C. de reuocand. donat. & in terminis ita tenet postea visus Sanchez vbi supra, nu- mero 14.

Circa aliam clausulam dispensationis Ordinario delegatæ, quæ dicitur, si per informationem preces veritate niti repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, & obseruandum est non deherari, nec requiri ad hoc cognitionem iudicalem super veri- tate harum precum receptis testibus iuramento asseritis coram Notario examinatis, & scriptis, sed satis erit quod extra iudicium iudex hic informetur certiorque fiat de harum precum veritate, vt late in simili casu, nempe in remittendis denunciationibus in Ecclesiis inter Mislarum solennia tribus festis continuis alias faciendis, quod per Concil. Trid. remittitur prudentia, & iudicio Ordinarij sess. 24. de matrim. c. 1. de reservatione, probauit Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 2. n. 5. vbi in 5. inde inferri posse fieri sine ordine, & figura iudicij, & testibus, non receptis in forma iudicij, nec iuramentis, & num. 6. qualiter possit fieri extra Dioxecim, & repetit in terminis idem Thom. Sanchez lib. 8. disp. 35. num. 15. vbi eam rationem reddit, quia sicut in illo casu cog- nitio causæ dispensationis committitur conscientia iudicis, est que ad eius conscientiam informandam: ita & in hoc de quo hic agimus, vt constat ex illis ver- bis, super quo conscientiam tuam oneramus, pro- quia etiam parte facit Parisius conf. 37. n. 35. volumine 4. dum ait in mandato dispensandi super matrim. exe- quorem minime cogi debere assumere partes iudicis, sed debere se de precum veritate informare.

Hinc inferri Sanchez d. disp. 35. num. 16. hoc distare inter examinationem veritatis precum dispensationis in foro interiori, & exteriori, quod in illa sola partis informatio accipienda sit, in hac autem ex aliorum testimonio certior sciendus est iudex, at in vtraque conuenit, quod neutra Notario, nec iuramento tes- tum indigeat: quinimo si notoria esset precum ve- ritas, vel aliunde de ea iudici constaret, nulla opus esset informatione, quia iam conscientia iudicis sa- tisfactum est, vbi autem ignarus veritatis precum dispensaret, quamuis preces in se vere essent, non valebit dispensatio, vt ibi per eum.

Nihilominus tamen stylus, & praxis ordinaria, & communis tribunaliu Ecclesiasticorum huius Re- gni se habet in contrarium, de qua ego sum testis in diuersis Episcopopatibus, & iudex; præsentantur nam- que huiusmodi literæ dispensatorie ad matrim. sem- per coram officiali ordinario Ecclesiastico, cui com- mittitur verificatio precum, & Notario simul cum petitione, & interrogatorijs iuxta formam commis- sionis ad precum verificationem, & testes, qui iudi- cialiter cum iuramento examinantur, quibus breui- ter, & summario absque vlla citatione, sine strepitu, & figura iudicij factis, & visis per iudicem Commis-

sarium, statim pronunciat suam sententiam, qua- (si ita probatum existit) declarat in scriptis preces esse verificatas, & dispensat iuxta formam rescripti, & suo nomine subscribit sententiam, & transmissum eius authenticum partibus traditur, vt sic legitime inter eos matrimonium incant, quod in foro exte- rio iudico esse necessarium ad hoc vt iudici, nec pat- ribus aliquid sinistram imputetur, & ne aliis de veri- tate precum, & de dispensatione huiusmodi dubi- tati in iudicio de eius valore contingat: siquidem omnia hæc in foro exteriori aguntur, quamuis alias in foro conscientie (nemine contradicente in foro interiori) opinio Sanchez procederet confitto iudi- ci extrajudicialiter de veritate precum, & de dispensa- tione ab eo ore concessa absque scriptis.

Nec stylus, & communis praxis iuris caret fun- damento, imo eidem conformis esse videtur ex tra- ditijs per eundem Thomam Sanchez d. libro tertio, dissertatione 2. numero 3. per totum, & præterea, quia tradita per ipsum ibidem in contrarium num. 44. cum seqq. loquitur quando prudentis iudicio, & con- scientiæ alicuius aliquid committitur: in nostra autem præfenti questione non est ista, sed committi- tur verificatio precum, & dispensatio huiusmodi matrimonialis officiali talis loci tanquam Ordina- rio illius, quo tacite supponitur ipsum tanquam iudicem judicialiter procedere debere, super quo Pontifex eius conscientiam onerat, vt rectius, & ar- ditijs procedat propter causam arduitatem, & graui- tatem, non tamen ideo sequitur, quod extrajudicia- liter procedere possit absque testibus, & iuramentis eorum; sed quod breuiter, & summarie, caute, imo cautissime procedat absque strepitu, & figura iudi- cij: præsertim, quia sæpe, ac sæpius contingit neces- sarium esse pro capienda informatione testium for- ras mitti, prout fieri potest delegando hunc articu- lum alteri iudici, & Notario: quomodo ergo hoc fieri potest in voce, aut quæ fides danda est, nisi iudicialiter cum commissione expressa, & in scriptis id fiat? Præterea veritas precum absque iuramento testium non potest ita deprehendi, & iuramento eorum, in hunc iuramentum effectum, vt de ipsa legitime constet, oneratur conscientia officialis per Papam, quamuis in hoc non ita formaliter exprima- tur in literis Apostolicis, sed satis deducitur ex mente ipsius, & tenore literarum; siquidem onera- tur super hoc conscientia officialis in re admodum graui, in qua agitur de periculo animarum euitando denique per onerationem conscientie, vt sæpe sic iudicibus minime tolli videtur ordo iudicialis neces- sario alias requisitus, sed conscientia iudicis eius memorie reducitur, & commendatur, vt sic cauti- us, & accuratius procedat: sed quomodo in foro exteriori procedere debet, nisi judicialiter, & in- forma consueta rationes autem Sanchez quoad for- um conscientie recte concludunt, sed in exteriori minime.

Circa aliam clausulam dispensationis, quæ ha- bet, vt matrimonium inter se publice seruata forma Concil. Trident. contrahere valeant, dispenses: obseruandum est primo per hanc clausulam non tolli Ordinario facultatem dispensandi ex iusta causa in denunciationibus, quæ matrimonium præcedere debent, iuxta Concil. Trident. sessio. 24. cap. 1. de matrimonio; quia ibidem præcipitur, vt præmittantur, nisi Ordinarius dispensauerit. Præterea quam- uis præd. monitiones consulto omittentur etiam sine causa matrimonium alias contractum coram parocho, & testibus inter non impeditis validum esset ac legitimum, vt docuimus in nostro tractatu de Iuramento Confirmatorio prima parte, cap. 31. nume- ro 25. & in terminis huius clausulæ eandem doctri-

nam tenet & probat recte Sanch. d. dispensatione 37. num. 19. & insuper quod Ordinarius possit remittere præfatas denunciations cum causa non obstante. clausula ex prædictis.

Secundo, quod quando conceditur dispensatio in foro exteriori, ut matrimonium prius, publice, & præmissis denunciationibus initum cum impedimento dirimenti, iterum celebretur, sicut iterum coram parcho, & testibus est in eundem: ita etiam sunt iterum præmittendæ denunciations, eo quod prius matrimonium perinde sit ac si initum non fuerat (intelligit, nisi ex causa iusta remitterentur.) hæc tamen secunda observatio intelligenda est, nisi paulo ante in priori matrimonio inualido præmissa essent, moraliter namque tunc præmissa censentur, secus vero si multum temporis spatium transisset, sicut etiam, quando nullum esset initum matrimonium, si ut interiret, præmittentur denunciations, & multo temporis spacio differretur matrimonium, essent necessariæ aliz denunciations, quia post priores posset ortum esse aliquod impedimentum, arbitrioque prudentis iudicis relinquuntur, quod tempus longum sit censendum in proposito, atenta contrahentium conditione, eo solo expectato, ut illa atenta non sit moraliter periculum noui impedimenti dirimenti, aut impedientis orta à tempore priorum denunciationum, ita hæc omnia credit, & tenet Sanchez ubi supra. numero 20. dicens in fine illius numeri, quod rarissime trimesire reputaret longum tempus.

Circa autem aliam clausulam dispensationis ad matrimonium contrahendum, quæ continet contrahentium qualitatem, dum allegant se esse nobiles, aut ex nobili genere natos, aut ex sui oppidi principalioribus, dubitari contingit, an probanda, sit hæc causa: videtur namque pars affirmatiua vera, quia nobilitas iustam præbet causam dispensandi in matrimonio, ut probauit Sanch. de matrim. lib. 8. dispensatione 19. numer. 5. nihilominus idem Author. d. lib. 8. d. dispensatione 35. numero 25. ita distinguit in proposito: nempe, ut quando ea contrahentium qualitate refertur mere narrando, & non per modum causæ, vel conditionis, hoc modo ipsi qui ex principalibus existunt, tunc non esse hoc verificandum, eo quod d. qualitas non refertur tanquam causa, siquidem postea additur ex certis rationalibus causis, & hæc dispensatio absque causa conceditur; secus, quando præd. qualitas explicatur inter causas, ex quibus ea dispensatio conceditur, & additur eam asseri à contrahentibus, ibi, asserentes se ex principalibus Ciuitatis existere, quia tunc est verificanda: quia in gratiis Apostolicis multum differet, quando aliquid narratur in præfatione per verbum impersonale, nempe, ut asseritur, vel non per impersonale, dicendo, ut asseris, vel ut asserunt proponentes, vel, ut ab ipsis asseritur, in priori namque casu, nempe quando per verbum impersonale ponitur, ea res non est probanda; secus quando non per verbum impersonale, ut docet Rebus. in concordat. ubi de forma mandat. Apostolic. supra verbo omnia. & singula, verum tamen Nauar. in cap. si quando exceptione 3. n. 2. de rescripti. & alios referens Mascard. coneluf. 83. n. 40. cum ergo in hac clausula ponatur hæc qualitas tanquam ab ipsis asserita, est verificanda ab ipsis contrahentibus, hæc Sanchez ubi supra. Ego vero vtroque casu censo esse verificandam præd. qualitatem nobilitatis, vel principalitatis, quando in commissione dispensandi ponitur clausula, si preces veritate nitantur, dispenses, & c. cum hæc eadem indistincte, & generaliter super omnibus narratis in supplicatione, & sic quocunque modo ponatur, videtur asserita, vel tanquam asser-

ta ab ipsis contrahentibus, cum alias Papa illam qualitatem non assereret nisi sibi proponeretur ab illis: non igitur est imponenda verbis, sed rebus eius commissio ne dicamus nominale potius esse quam reale: at si in dispensatione facta statim à Papa, non apponatur clausula præfata, si preces veritate nitantur, quamuis de præd. qualitate, vel alia fieret mentio in dispensatione, tunc non erit probanda, quia iam Papa ex certis aliis causis animum suum mouentibus dispensauit.

At in commissione dispensandi inter nobiles cum clausula, si preces veritate nitantur, videtur, quod hæc qualitas nobilitatis verificari debeat, ut tales sint ex parte vtriusque parentis, ex l. 3. titulo 21. part. 2. vbi hoc exigitur in nobilitate, secus si dicatur, ut vulgo dicimus, *hijo, o hijos dalgo*, quia tunc facti est, & desideratur nobilitas ex parte patris tantum: sed nihilominus in vtroque casu satis est nobilitas ex parte patris, eaque est necessaria, quia communis modus intelligendi est, eos esse *hijos dalgo*, quod à patre solo deriuatur, sicut tenet Zeuallos dicens se ita v. disse sæpe præceptum in prædictis. *questionibus questione 68. numero 11. & 12.* & in terminis ita recte probat Thomas Sanch. de matrim. lib. 8. dispensatione 19. num. 6. vbi improbat Anton. Cuch. lib. 5. in fin. Maur. titulo 19. numero 19. dicentem plus sonare dicere aliquos esse ex nobili genere natos, quam dicere esse nobiles, & addit ibi etiam Sanch. quod quando dicitur eos esse principales, vel ex principalioribus populi, sat esse, ut tales dicantur, eos esse viros potentes, ac valde diuites, & quod ita videtur literas perinde valere concessas à Sixto V. anno 1587. quod in dispensatione dicebatur, quosdam esse nobiles cum tamen tales non essent, & ad impetrandum literas perinde valere, narratum esse Pontifici, eos esse ex principalioribus populi, & iustitiam admitti, si ex principalioribus essent, quamuis non nobiles.

Quatenus autem in Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. in fine de matrim. dicitur, statutum esse, ne in secundo gradu dispensetur, nisi inter magnos Principes, & publicam causam, illud dubitari potest, qui nomine magnorum Principum intelligatur? & non comprehendit filios Marchionum, aut Ducum, qui Regibus subdunt, probat Pater Suarez in tertia parte. questione 71. dispensatione 9. sectione 2. columna 4. pro quo facit Clementina vnic. de Baptismo, vbi interdicitur Baptismus extra Ecclesiam, nisi filiorum, Regum, vel Principum, *in iuncta glossa verbo Regum*, ait, Principatum sumi pro notabili Potentatu merito Regiæ dignitatis comparando, idem tradit et ibi Cardinal. numero 8. Anchar. 4. Imol. 8. in fin. verum inquit Sanch. d. lib. 8. dispensatione 19. numero secundum non deduci hinc, sumi ita stricte principes in præd. Concil. Trident. capite, quoniam in d. Clement. vnic. ex adiunctis colligitur illa stricte interpretatio Principum, ut pote, quæ filios Regum, ac Principum æquiparauit, atque ideo Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. numero 6. in commentis littera X. ait, in præfato Cap. Concilij præxi interpretari, nomine Principum intelligi, principales personas, & numero 9. intelligi viros opulentos, eo quod ex larga significatione hi Principes appellantur, ut late probant Tiraquel. de nobilit. cap. 3. numero 5. & 6. & in l. frunquam verbo facultatum à numero 1. C. de reuoc. donat. & D. Molin. lib. 1. de Hispan. Primogen. cap. 2. num. 25.

Hæc tamen interpretatio non placet Thomæ Sanch. d. numero 2. quia Concil. Trident. non dicit absolute Principes, sed magnos Principes, ac viros opulentos nemo magnos Principes iure vocat, & meas Coniugij sui, quod rarissime essent hæc dispensa-

sationes, & frequentissime mercatores diuitiis abundant, & tamen hi nullo modo magni Principes vere dici possunt, quare existimat Sanch. intelligi in eo Decreto, dominos solos Titulares, qui merito magni domini appellari possunt, & confirmatur hoc ex doctrina Bald. in cap. inuicem numero penult. de electione. vbi quod in priuilegio concessio alicui legitimandi omnes, præternatos de genere magnatum, nomine magnatum comprehenduntur nobiles, qui sunt in aliquo Potentatu seu Baronia: nihilominus tamen sæpe vidimus dispensari per Summum Pontificem in secundo gradu consanguinitatis inter alios, qui non sunt Magnates, nec nobiles viri, ex aliis causis, & tamen non est dubitandum de valore huiusmodi dispensationum Pontificiarum.

15. Alia clausula opponitur in dispensationibus absque causa concessis, nempe, ipsi ex certis rationalibus causis eorum animum mouentibus, cupiunt inuicem matrimonialiter copulari, & c. circa quam dubitatur, an Ordinarius debeat petere eam verificari, eo quod statim adiunguntur alia verba, scilicet discretionis tue mandamus, ut de præmissis te diligenter informes, & si per informationem preces veritate niterepereris, & c. Nihilominus tamen his verbis non obstantibus illæ causæ rationabiles, quibus illi ducuntur, non sunt probandæ, neque iudex aliqui ab impetrantibus dispensationem, vel ab aliis debet requirere: verba namque illa de præmissis te diligenter informes, referuntur ad impedimentum matrimonij narratæ, & non ad omnia præmissa, vt bene probat Sanchez d. dispensatione 55. numero 24.

Hæc de intellectu clausularum dispensationum, quæ officialibus, & Vicariis Generalibus in foro exteriori per Pontificem committuntur.

Nunc autem nonnulla agamus de his, quæ in foro conscientie circa matrimonij impedimenta expeditur in sacra Pœnitentiaria Romana, plurimamque in vnum congegit in proposito Thom. Sanchez lib. 8. de matrimonio tota dispensatione 34. apud ipsum latius videnda, ex quibus tantum duo capiemus, quæ difficultia videntur.

17. Primum est de literis dispensatorij super impedimentis matrimonij emanatis à sacra Pœnitentiaria, commissis in foro tantum conscientie discretio viro confessori Doctori in iure Canonico, vel Magistro in Theologia ab Ordinario approbato, à latere, vel latrice eligendo, an eligi possit ad expediendas hæc dispensationes sic qualificatas, approbatus tamen ad confessiones audiendas à suo Ordinario, cum limitatione personarum non defectu scientie, sed ratione ætatis, eo quod iuuenis sit, prout contingit, quando approbatur ad audiendas solas virorum confessiones, non vero feminarum? & in hoc Thom. Sanchez ibidem. numero 16. huic eligi posse ad expediendas hæc dispensationes, siue viri siue feminis concessas, eo quod in his literis dum petitur, in expedito approbatio Ordinarij vna cum gradu Doctoratus, vel Magisterij, spectatur namque potius scientia, ac rerum moralium peritia ad earum expeditionem, at hic vtrumque suæ scientie testimonium habet.

18. Secundo, quia in hac specie probabile est ceteri quoque tunc sufficienter approbatum, ut per Bullam possit ad vtriusque sexus confessiones eligi, vt tenet Henriquez lib. 6. de pœnitentia. cap. 6. numero 8. & dicens esse probabile Petrus de Ledesma in summa sacrament. vbi de pœnitentia, cap. 13. post primam conclusionem. numero 8.

19. Tertio, superior opinio confirmatur ex altera, quam late probat & fundat idem Sanch. ubi supra. n. 29. dicens sibi esse probabilius, non esse necessarium

in dispensatione, absolutione, & commutatione voti castitatis, vel religionis confessorio commissa in foro conscientie inuicem pœnitentia saluati impetranti, audire confessionem sacramentalem eius, cum quo dispensandum est, quam prius tenuit Gallego de cognitione spirituali. cap. 23. numero 2. & aliqui viri docti consulti à Sanch. ubi supra. vt ipse ibi refert.

At his non obstantibus in principali puncto, de quo supra vides. primum est, numero 16. verior videtur, & potius tenenda opinio, contraria negatiua: nempe confessorium approbatum à suo Ordinario cum limitatione personarum, nempe virorum, non vero feminarum, minime posse eligi, ad expeditionem literarum, quibus committitur confessorio approbato absolute à suo Ordinario Doctori, vel Magistro, & c. vt dispenseret in foro conscientie tantum, cum tali femina super tali impedimento occulto matrimonij, vel super voto castitatis, vel religionis à femina emisso, ea ratione, quod non solum in confessorio expedituro requiritur ille gradus, scientia, ac rerum moralium peritia ad earum literarum expeditionem, & executionem, sed etiam simul quod sit confessorius approbatus à suo Ordinario, ut patet ex ipsis literis, & sic vtrumque copulatione, sed hic de quo agimus non est approbatus ad audiendas confessiones mulierum, ergo ad instantiam earum non potest eligi ad præd. dispensationes expediendas, quia non absolute, nec simpliciter approbatus est, sed limitata ad audiendas confessiones virorum, non vero mulierum: ergo, & c. Præterea totum hoc negotium committitur confessorio approbato ab Ordinario sic qualificato, de quo fiducia habuit: hic non est huiusmodi, quomodo ergo poterit præfatas literas expedire, qui non est approbatus ad audiendas confessiones feminarum, cum nullam approbationem ad hoc habeat contra mentem expressam concedentis, & delegantis? nullo modo profecto ob defectum intentionis, & cum his cessat primum fundamentum contrarium.

Ad secundum de eligendo in confessorio à feminis ille, qui tantum est approbatus à suo Ordinario ad audiendas confessiones virorum, respondemus negando illum posse eligi, nisi à solis masculis rationibus modo prædictis in principali nostra secunda sententia, quamuis Sanchez d. numero 16. in principio dicat, quod in articulo, de quo in præd. suo fundamento adhuc sub iudice lis est: quamuis enim ipse cum Henriquez, & Petro de Ledesma supra citatis teneat partem affirmatiuam, negatiua tamen contra eos multo verior, & certior est, eamque præterea tenent, & probant Manuel Rodrig. in 1. tom. sua summa in 2. editione c. 60. numero 4. conclusione 4. & dicit probabile Petrus de Ledesma eodem dubio 5. quod etiam tenere videtur Suarez tomo quarto. vbi de pœnitentia dispensatione 28. sectione 7. num. num. 3.

Ad tertium fundamentum respondemus, quod quamuis id probabilius, & verum sit, cum tamen contrarium probabile sit quoque, ut fatetur idem Sanch. d. n. 29. in principio, non tamen inde sequeretur in nostro proposito principali, de quo nunc ex professo agimus aliquid concludens contra nostram sententiam, quia etiam illi confessorio sacramentalis necessaria non sit, nec esset ad præd. literas expediendas, cum tamen securus sit eam interuenire, vt soleo in præxi facere: attamen cum in præd. commissione exigatur, quod confessor sit approbatus à suo Ordinario, & hæc qualitas deficiat in confessore, de quo agimus, quoad feminas non video qua ratione concludenti possit dici, aut sufficere contra expressam mentem delegantis, quod hic sit competens ad dispensandum

rationem, quia mulier nulla ad fornicandum adduci debet ratione, cap. itane 32. quæst. 1. idem dicitur in cap. ex literis videtur titulo, ubi glossa, verbo compulsa, eam reddit rationem, quod non sit ignoscendum turpiter venienti prætextu paupertatis l. palam. ff. de ritu nupt. & ita vniuersi DD. fatentur, secundum Thom. Sanchez, d. lib. 10. de diuortio. disputatio 5. numero 6. ubi hoc intelligit, nisi vir ea intentione vxorem repulset, alimentisve priuasset, quod illa necessitate vrgente adulterium perpetraret, quia tunc perinde est, ac in adulterio coniuere, vt tenent plures DD. quos ibi refert. & sequitur alios allegans Farinat, ubi supra, numero 12.

9 Deinde maxime dubitari contingit, an quoad habitationem liceat coniugi innocenti propria auctoritate diuertere ab adultero, ita vt adulter restitutionem petere minime possit? Qua in re tres Doctorum opinionis refert Thom. Sanchez. lib. 10. de matrimonio. titulo de diuortio. disputatio 12. quæst. 2. per totam, & ibidem tribus conclusionibus hoc dubium resoluit. Prima est, quod si adulterium sit occultum, non permittitur in foro externo, vt innocens propria auctoritate non expectata Ecclesie sententia diuertere ab habitatione, vnde si adulter coniux restitutionem petat ad habitationem, qua spoliatus est, restituetur, nec admittetur exceptio innocens opponens adulterium occultum, donec ad primum statum restituetur coniux dimissus, qua restitutione facta agatur de illa exceptione, & probato adultero diuortium celebrabitur. Quod si in probatione defecerit innocens coegetur in matrimonio perseverare, atque ita hanc restitutionem ante omnia faciendam, decidit expresse cap. 2. in literis. cap. ex conuersione. cap. item cum quis, de restitutione spoliati. quam conclusionem ibidem late probat Thom. Sanchez. num. 14. cum sequentibus, ubi aliquibus modis eam limitat.

Secunda conclusio est. quod ad hoc vt possit coniux adulter expelli ab habitatione propria auctoritate non expectata Ecclesie sententia, itaque vt adultero in foro externo non competat beneficium restitutionis, desideratur adulterium ita notorium esse, vt nulla prosus tergiversatione celari possit, vt ibi late probat, & declarat, numero 25. cum sequentibus.

Tertia conclusio est, quod coniux adulterij sui coniugis confici potest in foro conscientie secluso scandalo ab eius habitatione diuertere, quamuis adulterium sit occultum, nec ad id aliqua iudicis sententia desideratur, ex text. in cap. dixit Dominus 32. quæst. 1. & latius probat Thom. Sanchez ubi sup. num. 31. cum sequentibus, ubi plura ex hoc inferit. & deducit, quæ sunt omnino videnda.

Sed in hac eadem quæst. & dubio duodecim conclusiones congerit, & summat Farinat. 4. tom. de delictis carnis. quæst. 13. §. notorium, & occultum, num. 49. cum sequentibus, quæ omnino sunt videnda quoties de hac re dubitare contigerit.

10 Ad probandum autem adulterium in proposito sufficit confessio vnus ex coniugibus iuxta text. in cap. penultimo. de adult. cap. ex literis de diuortio, & ibi Hostiens. columna 1. in verbo spiritus, ubi exemplificat in ea vxore, quæ videns se non placere marito dixit ei: Tu non vis me, & ego minus te, proponas quidquid volueris, & ego confitebor, & iterum infra in verbo confiteri. & columna 2. numero 2. eandem sententiam tenent alij DD. quos refert, & sequitur Farinat, ubi supra, d. quæst. 143. §. separatio tori. num. 17. & ante eum Thom. Sanchez d. lib. 10. disputatio 12. numero 49. ubi hoc verum intelligit quando confessio facta est in iudicio, vt docet glossa verbo confessionem in d. cap. penultimo, & ibi Hostiens. glossa etiam in c. 1. verbo pa-

tronus 32. quæst. 1. quia hæc facit notorium iudiciale, extra iudicium autem facta non plene probat, sed inducit sufficiens iudicium ad torturam: hæc tamen conclusio duobus modis limitatur.

Primo, vt quamuis hæc iudicialis confessio coniugis de adulterio sufficiat ad separationem tori, non tamen sufficit quando agitur de dissolueno vinculum matrimonij, vt notat communiter DD. in d. cap. ex literis, quos refert, & sequitur Farinat. d. §. separatio tori, numero 18. pro quo est bonus text. in cap. super eo, de eo, qui cognouit. consang. ubi quod ad matrimonij carnalis dissolutionem minime statuitur coniugis confessio, quia sæpe aduersus matrimonium, vt illud dirimatur, coniuges inter se colludent, quem text. ad hoc citat Thom. Sanchez d. lib. 10. disputatio 12. num. 50.

Secunda limitatio est. vt procedat dummodo talis confessio non sit facta ad alterius suggestionem, aut per collusionem, in quo iudex debet multum aduertere. & ex officio inquirere. ac etiam si opus fuerit consistentem monere, & interrogare, vt bene probat text. in d. cap. ex literis, & ibi Hostiens. columna prima, in verbo admonita, & in verbo, & ad suggestionem, Anchar, numero 7. in fin. & sequenti, Btrio numero 4. in tercio notat. & numero 12. Abb. numero 9. & Prepos. Alex. sub numero 2. & numero 5. versiculo sed quarto quarto, quos ad hoc refert, & sequitur Farinat, ubi supra, num. 19.

Vnde placuit mihi olim, & nunc quoque placet 11 praxis solita obseruari in tribunali Ecclesiastico Placentin. cum agebatur, nempe, de dissolueno matrimonio iam contracto, vel de eius separatione ex aliqua legitima causa ob euitandam suggestionem, & collusionem coniugum in prauidicium matrimonij, deferti causam ad fiscalem, vt ipse totis viribus inquirat, vtrum aliquid fraudis in his causis interueniat, & pro matrimonio suum patrocinium cum veritate, & iustitia, ac meritis causæ confideratis præstet, excitatis ad id officium iudicis ne valor, & iustitia coniugij indefensa maneat contentibus coniugibus, vel impedimentum dirimens, vel adulterium, alias namque plura matrimonia per suggestionem, & collusionem dissoluerentur de facto, vel coniuges de facili separarentur, quod per iniustitiam, & defectum probationum absurdissimum esset.

Nunc autem scire oportet in proposito valde vtiliter 12 in praxi quæ probatio adulterij coniugis requiritur ad hoc, vt in vtroque foro licita sit separatio quoad torum, debitive denegationem, & mutuum cohabitationem? quam quætionem late, & exacte quinque conclusionibus explicat Thomas Sanchez d. lib. 10. de matrimonio titulo de diuortio disputatio 12. quæstio 3. numero 39. cum sequentibus.

Prima conclusio est, desiderari ad id, vt coniux innocens certus sit de alterius adulterio, cum enim possessio sit pro altero coniuge ea in dubio priuari non debet, nec exigitur, vt id testibus probari valeat in foro conscientie, sed tantum in exteriori iudicio. in quo iuxta allegata, & probata iudicandum est, ita ibi, d. num. 39.

Secunda conclusio est, non requiri certitudinem Metaphysicam, sed satis est moralem, qualis habetur per ea indicia, quæ in foro externo probata convincerent coniugem de adulterio, ita tenet Vincent. & alij plures Auctores, quos citat Sanchez ubi supra, numero 40. cum enim adulterium sit ex illis criminibus, quæ in abdito loco, & omnino occulte admittuntur, l. consensu, C. de repud. est difficillima probationis, nec vere probari potest, sed præsumptionibus, quod ago verum est, vt si quispiam nudus super nudam feminam in ipso actu copulæ repe-

reperitur, non vera, & Metaphysica certitudine constat adulterium consummatum quale ad diuortium exigitur. vt cum pluribus Auctoribus, quos citat, tenet Mascard. de probat. conclusio 59. numero 4. cum sequentibus, & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumptioe 41. numero 12. quoniam fieri potest, vt femina sit arcta, vel vir impotens, aut minime seminat in intra vas, vnde fit vt non tam exacte probationes petendæ sint, ac in aliis criminibus, quæ oculis patent, & palam perpetrantur, vt cum aliis docent Mascard. conclusio 17. numero 8. & Menoch. ubi supra, numero 1. & consilio 31. numero 18. cum sequenti, volumine primo. & constat ex cap. ex literis de præsumpt. ubi dicitur posse diuortij sententiam proferri ob violentam adulterij præsumptionem. ita Thom. Sanchez, ubi supra, numero 40.

Tertia conclusio habet, non sufficere quamunque suspitionem probabilem, sed debet esse violenta, quia hæc sufficit ad condemnandum, cap. offerte, cap. ex literis de præsumptionibus, & maxime in adulterio, quod vere probari nequit: quare dum text. in cap. dixit Dominus 32. quæstio prima, inquit, ob fornicationis suspitionem libere posse vxorem dimitti, intelligitur de suspitione violenta: vt tenet glossa in d. cap. dixit Dominus verbo suspicio, & in cap. maritus verbo ex suspitione de adulter. & quamplures alij DD. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. lib. de matrimonio, titulo de diuortio, disput. 12. 3. quæst. num. 41. & 42. quem & alios refert, & sequitur Farinat. d. quarto tom. quæst. 133. §. separatio, num. 10.

Tunc autem dicitur suspicio violenta sufficiens ad diuortij sententiam, cum viderant. solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentes, multis locis secretis, & latebris, ad hoc commodis, & horis electis, ex huiusmodi namque violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia diuortij promulgari, vt in d. cap. in literis de præsumpt. & ita docent omnes, secundum Sanchez ubi supra, numero 43. & numero 44. non ita accipiendum esse assertit, vt sola ea præsumptio explicata in d. cap. in literis, sit violenta, sed sufficit quæcumque alia similis, quæ vehementer fudeat coniugis adulterium, & numero 45. hinc inferri dicit præsumptionem violentam ad hoc vt dicatur plene probari adulterium, dicit, quando quis solus cum sola in loco abdito inuentus est, ita Menoch. d. præsumptione 41. numero 11. cum duobus sequentibus, sed id ita generaliter verum non credit Sanchez ubi supra, sed quando quis reperitur esse solus cum sola in lecto, vel nudus cum nuda, & ita cum summa Auctens tenet, non satis esse solum cum sola in locis suspectis reperiri, nisi in eodem lecto, & hora apta ad concubitus, quia prior suspicio est probabilis, sed non violenta, & inquit Nauar. in rubrica de iudic. numero decimo. id non sufficere nisi alia circumstantie adiciantur. loci, temporis, & personarum. Vnde non induci violentam suspitionem adulterij ex solis oculis, & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt, late probat cum aliis quampluribus Thomas Sanchez, ubi supra, num. 47. contra alios a se relatos, num. 46. ubi num. 48. quod nec a fortiori sufficiens xenia missa ab adultero vxori alienæ, aut verba amatoria, vt probetur adulterium, nec similiter satis erit, si quis gloriatur se cum vxore alterius concubuisse, nec litteræ amatoria, vt ipse exillimat, quamuis in eis mulier fateatur adulterium proprium, quoniam confessio hæc non est iudicialis, sed extraiudicialis, quæ in proposito non sufficit, vt prædiximus: quicquid alij DD. varij sint in hoc articulo de literis amatorijs, vt ipse ibi eos refert.

Quarta conclusio principalis Thomæ Sanchez est, quod quamuis adulterium plene probari ne-

queat; at coniecturæ, & præsumptio violenta quibus probandum est, sunt plene probanda per testes non singulares, & omni exceptione maiores, vt cum multis, quos citat, tenet Burlat. consilio 425. numero 39. volumine quarto, quem refert, & sequitur Thomas Sanchez, d. quæstio 3. numero 51. ubi existimat, quod in foro conscientie sufficiens erit notitia. quo coniux innocens diuertere possit, si de adulterio sui coniugis certior fiat à persona fide dignissima, cui merito prudentissimus quisque fidem habere, se vidisse adulterium aut eius violentam suspitionem testanti, quoniam hoc certitudinem moralem efficit, quæ satis est.

Quinta conclusio Thomæ Sanchez ubi supra, numero 52. est, quod viro suspicanti adulterium vxoris licitum est illam obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio conuincere, quoniam id non est eius peccato conuincere, sed vt eius malitia ad proprium commodum, quam conclusionem ipse ibi late probat, numero 53. resoluit cum Emanuel. Saa, contra Nauarram, non licere eo sine offerre occasionem vxori, vt adulteretur, vel filijs aut famulis, vt furentur, & numero 54. agit, non liceat viro pactum cum vxore inire, vt amasio eius castitatem violare tentanti conuincat, concedens tempus, & locum, non vt adulterium perficiat, sed vt in crimine deprehendatur, & resoluat in foro conscientie id non licere, imo præd. pactum illicitum esse censet, quidquid aliud sit in foro contentioso, iuxta quamplurium Doctorum huius Regni opinionem, quos ibi congerit.

Ex quibus omnibus supra adductis in hac quæstione satis constat requiri violentam præsumptionem à iure approbatam ad probandam fornicationem, hoc est adulterium coniugis quoad tori separationem & mutuum cohabitationem, nec sufficere aliam præsumptionem, quæ violenta minime sit, vt vidimus.

Nilominus tamen contrarium late post alios, quos citat, tenet & probat Ioannes Baptista Ferrerius consilio 168. numero 4. versiculo consilio & numero 52. dicens, quod ad probandam copulam ad separationem torum sufficit probabilis, & vehemens suspicio, etsi non esset violenta, secundum Ioannem de Anania in d. cap. maritus columna secunda, super glossa prima, de adulter. per illum text. qui ea ratione quoque mouetur, quia iudicium violentum solum habet vim integre probationis ad condemnandum, etiam in materia criminali, d. cap. offerte de præsumpt. notant DD. in cap. tertio loco, eodem titulo. Vnde vt hic speciale in materia, de qua agitur, sufficit præsumptio probabilis, quæ habeat mouere animum iudicis, ad ita credendum suo arbitrio consideratis pluribus circumstantiis, & qualitate personarum, prout etiam ita concludere ait omnes DD. in d. cap. præerea de testib. & quod ita secundum eos intelliguntur iura præallegata, nempe in d. cap. dixit Dominus, & cap. maritus, quæ contentantur suspitione, vt ea intellexit Anan. ubi supra, quem sequitur Ferrerius d. numero 5. addens non obitare, quod glossa in d. cap. dixit Dominus, requirit violentam præsumptionem, quia procedit, quando agitur ad dissolutionem vinculi, eandem opinionem Ananie, & Ferreri sequitur etiam Farinat. in quarto tom. crimin. quæstio 136. numero 18. ubi citat eam etiam tenentes Bosium in titulo de partu supposito, numero 31. Practic. Conradi ad Adricum de adulter. numero 15. Bertazol. consilio 20. numero 8. lib. primo, & consil. 273. numero primo in fin. cum sequenti, & Polidor. Rip. in tractatu de nocturno tempore, cap. 36. numero 27. & 47. & profecto ista vltima sententia propter difficilem probationem adulterij satis æqua, & tenenda videtur, dummodo, vt ipsa habet, consi-

derentur plures circumstantia, & qualitas persona- rum, que habeant mouere animum iudicantis ad ita credendum suo arbitrio.

13 Facta autem separatione tori propter adulterium, vit vxorem etiam emendatam recipere non tenetur, vt late probat Thom. Sanchez de matrimonio lib. 10. titulo de diuort. disputat. 13. per totam, vbi totam materiam ad saturitatem explicat, & ad plura infert, quem refert, & sequitur Farinat, d. quarto tomo, quæ- sitione 143. §. separatio, num. 21. vbi num. 24. quod vxor possit petere separationem tori non solum propter adulterium mariti, hoc est si nuptam cognouerit, sed etiam propter fornicationem habendo rem cum soluta, & hoc vt inter coniuges seruetur æqualitas iuxta communem Doctorum opinionem, quos ibi ad hoc refert.

14 Si maritus autem facta separatione tori propter adulterium vxoris potest, si vult, adulteram vxorem in consortium recipere, & illam sibi reconciliare etiam inuitam. dummodo iam non fuerit ingressa, & professa religionem. iuxta glossam fin. in cap. ex li- teris de diuort. & testatur de magis communi ex Pra- posit. Alexand. plures Doctores, & alias opiniones contrarias referens Farinat, vbi supra, numero 34. Multum tamen dubito de veritate huius opinionis, quod vxor est iniuria, cum habeat pro se maximam præsumptionem mortis sibi inferenda per mari- tum propter adulterium præcedens, vel ad minus male traditionis, & scilicet ingentis, ergo ipsa ini- uria non est restituenda viro, cum sit in possessione iusti diuortij, & separationis iudicio Ecclesiæ, & licet dolus, & fraus in dubio non præsumatur, nec delictum, nisi probetur. l. merito, ff. pro socio, cum simi- li. ex pluribus adductis per Mascard. de probat. lib. 1. con- clusione 495, numero 1. cum sequentibus. l. quoriet. §. qui dolo, ff. de probat. idem Mascard. late conclusiones 331 lib. 1. numero 1. cum sequentibus, hoc tamen fallit multis modis. & præcipue contra personam suspectam, & odiosam, vt contra vitricum, vt per Mascard. d. con- clus. 331, numero 62. quæ autem maior suspicio esse po- test in specie de qua agimus, quam in marito offen- so per vxoris adulterium, qui eam separatam iudi- cio Ecclesiæ peti sibi retradi? item fallit, quando quis aliquid adum insolitum fecit, nam ex eo præsumitur dolus, vt per Mascard. d. conclus. 331, numero 79. sed manifestum est nullum honestum virum re- petere vxorem à se dimissam, & separatam propter adulterium: fallit etiam inter personas suspectas, in quibus facile præsumitur dolus, vt per Mascard. ibidem, numero 143. cum igitur in presenti casu tori si- mul coniecturæ concurrant doli mali futuri, quod timeri potest, & suspicio violenta, vel saltem vehe- mens, & probabilis: consequens est, vt vxor separata à viro propter adulterium, inuita compelli non possit redire ad maritum, etiam si ille velit eam re- cipere in suum consortium, illamque petat sibi re- stitui, ob imminens mortis periculum, vel aliud ma- gnum malum, & scandalum ex ea restitutione pe- tit, vt nemo est, qui hoc negat: quibus rationibus, & iuridicis fundamentis ego præfatam commu- nem opinionem minime sequor, neque seruarem in praxi, si iudex essem, instante vxore ne viro re- stitueretur.

15 Hactenus vidimus de separatione tori, & mutæ cohabitationis ob adulterium vnus ex coniugibus: nunc autem hæc regula affirmatiua patitur aliquas limitationes, quas congerit Farinat, d. Separatio tori, numero 25. cum sequentibus vsque in fin. & ante eum optime Thom. Sanchez lib. 10. de matrimonio, titulo de diuort. disputat. 5. per totam vt septem casus à Iure Canonico collectos ab vniuersis DD. enumerat, & differit, & Auend. super Martham vlt. cap. 5. fol. 371.

col. 1. in versiculo excipiuntur, vbi sequentes refert. & sequitur. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit, nihil enim (ait Augustinus) est iniquus, quam fornicationis causa vxorem dimittere, si & ipse con- uincitur fornicari, occurrit enim illud, in quo alterum iudicas, te ipsum condemnas. Secundo, si ipse vxorē prostituerit. Tertio, si mulier virum probabi- liter mortuum credens propter longam eius absen- tiam alteri nupsit. Quarto, si est latenter ab alio- quo cognita sub specie viri lectum subintrante bona fide ex parte coniugis sicut accidit Iacob cum Lia. Genes. 29. Quinto, si fuerit vi oppressa. Sexto, si re- conciliauit eam sibi post adulterium perpetratum carnaliter eam cognoscens: vbi etiam addit, quod quamquam exceptis his casibus licitum sit marito vxorem dimittere, non tamen tenetur: non enim di- mittere eam Dominus præcipit, sed permittit incul- pabiliter: nisi quando ob dimissionem spes esset cor- rectionis eius, vel esset scandalum, quasi ipse adu- lterium eius consentiret, tunc enim tenetur eam dimit- tere: scriptum quippe est Proverb. 18. Qui adulteram tenet, stultus est. & insipiens. Vltimum casum, & limi- tationem sequitur, probat, & declarat Thom. San- ch. vbi supra, num. 2. cum sequentibus.

Secundam limitationem ex supradictis probat. 16 & tenet etiam Thom. Sanch. d. lib. 10. disput. 17, nume- ro 6. vbi ampliat, quod vxor potest propria authori- tate ducere à viro, si ille sit vxoris leno, necno ta & Farinat, 4. tom. quæst. 143. §. separatio tori, nume- ro 25. vbi numero 26. hoc ampliat sine vxor inuita, dicit: coacta prostituta fuerit, sine etiam volens & confen- tiens, secundum Ioan. Andr. & alios plures DD. quos citat, & numero 27. ait, quod siue vir adulterij vxoris conscius noluit prohibere, eum possit, idem est ac si expresse consensisset, atque ideo tanquam leno puniatur ex allegatis per Thom. Sanch. vbi supra, disput. 5. numero 4. vbi ipse etiam declarat quando, & quomodo maritus dicatur impotens ad prohiben- dum vxori adulterium, & quid è contra de vxore conscia adulteri sui viri, & illud non prohibente, & quid de viro domi suæ in simul cum vxore adu- lterium retinente agit Thom. Sanch. vbi supra, disput. 14, numero 17. vbi concludit perinde haberi, ac si vxoris leno existeret, quatuor tamen concurrentibus de quibus ibi per eum, & numero 18. vbi de viro fe- miliarem exhibente cum adultero, in super cum eo lu- dendo ridendo, & comedendo, & disput. 17, numero 7. vbi de viro admittente domi suæ viros procaces, & parum pudicos.

Tertiam limitationem supradictam quando ma- 17 ritus se cum vxore adultera reconciliauit tacite, aut expresse, sequitur Farinat. d. 7. quæst. 143. d. §. separatio tori, num. 31. & 32. vbi se alio loco refert.

Vltimus d. regula communis affirmatiua permit- 18 tens separationem tori propter adulterium vxoria limitatur quoties facta separatione tori maritus cum aliqua muliere fornicaretur, quia tunc reinteg- raretur matrimonium, mulierque ad viro restitu- tum petere potest. ex tex. in cap. ex literis de diuortio, & ibi glossa in verbo adiuuicem segregari, & glossa fin. in fin. notat, quod delictum superueniens post rem iu- dicatam ipsam rem iudicatam tollit, & ibi DD. & alij plures, quos refert & sequitur cum communi Farinat. d. §. separatio, num. 37. de qua re latissime agit Thomas Sanchez vbi supra, disputat. 9. questione 3. numero 27. cum sequentibus. vbi in proposita questione quatuor refert Doctorum sententias, quarum vlti- ma, cui ipse adhæret, probabilior est, vt isto casu coniugi nulla competat actio aduersus coniugem, qui fornicatus fuit post sententiam diuortij ad sui fauorem latam: sed bene iudex ex officio ad euitan- dum fornicationis periculum potest, & debet con- iuges

ingres reconciliare, & in simul ad cohabitandum co- gere. vt ibi late comprobatur pluribus Authoribus Ca- nonistarum, Legistarum, atque Theologorum, & numero 27. agit nunquid in hoc casu in foro conscien- tiæ post separationem tori fornicationem commit- tens, teneatur vxorem ob adulterium à se derelictam recipere, & numero 36. vbi quid si mulier sic per adul- terium derelicta non curet redire ad maritum, qui fornicationem commisit post tori separationem, nunquid maritus habeat actionem ad ipsam repe- tendam, vel potius iudex possit, & debeat illam co- gere ad redeundum cum viro, Similiter Sanchez vbi supra agit vtrum isto casu quando vir lucratus fuit dotem propter adulterium vxoris, & ob id factam tori separationem, si postea ipse vir fornicetur, te- neatur eidem vxori dotem, quam lucratus fuit, re- stituere, quem refert, & sequitur ad suprad. Farinat. vbi supra, d. §. separatio tori, numero 36. cum sequentibus: vbi numero 40. quod vigore Bullæ Sixti V. 47. de re- mētia tori separatione, versiculo sed si per sententiam iudicis, & sequenti imponitur pœna vltimi supplicij coniugibus post tori separationem publicè, & pal- lam adulteria committentibus.

19 Lite autem pendente super adulterio certum est, quod debentur vxori à viro præstari alimenta, & li- titis expensæ, vt cum Pala. Rub. & aliis contra alios, quos refert Zeulm. quando adulterium vxoris est notorium, in suis questionibus Commun. quæst. 73. 4. num. 18. & sequentibus, tenet & probat Thom. Sanch. vbi supra, d. lib. 10. disput. 8. num. 28. vbi arbitratur, quod in foro externo cogendum sit vir alimenta, & litis ex- pensas ministrare vxori vsque ad condemnationem, & pendente lite nihil inouandum, sed in foro con- scientiæ virum illius adulterij conscium minime ad ea teneri, & Thom. Sanch. vbi supra refert Farinat, vbi supra, num. 43. alios allegans, & testatur de com- muni, vbi ampliat proculdubio procedere quan- do vxor licet diuortij aduersus virum intentaret ne expensis delictiua à causa cadat, vt nobiscum, & cum Barbof. ibi probant.

20 Quod si maritus eiecit vxorem ex domo sua pro- pter adulterium, tunc adhuc debet eam alere extra domum, nisi adulterium fuerit notorium, vt resolu- itur Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 118. numero 3. & tit. 7. quæst. 16. & sequenti, & alios referens Thom. Sanchez d. lib. 10. titulo de diuortio, disput. 8. num. 24. & seqq. ad- dens, quod in foro conscientiæ etiam in occulto adulterio potest vir denegare alimenta vxori adu- lteræ, sequitur etiam cum aliis Farinat, vbi supra, num.

21 Quod è contra si vxor non eiecta à viro, sed sponte ab eo recedit propter adulterium ab ea commissum, non potest petere ab eodem viro alimenta extra domum, iuxta communem opinio- nem Doctorum, quos ibi refert, amplians cum Iac- ob. Porri. Imolen. consil. 166. num. 2. & 3. vt procedat etiam quod aufugerit à viro propter timorem, ne ab eo occidatur.

22 Facta autem separatione tori propter adulterium vxoris, an maritus teneatur eam alere, maxime dif- ferent DD. vt constat ex Thom. Sanch. d. lib. 10. dis- put. 23. & 24. & Farinat. vbi supra, num. 41. cum se- quenti, vbi relatis duabus opinionibus contrariis, & vtraque communi remanet cum negatiua tanquam veriori, & magis communi.

23 Tandem illud pro coronide huius capituli sciri dignissimum obseruamus, nempe, quod si vxor re- cesserit à viro, eo, quia publice retinet concubinas, non est dubium, quod ipsi vxori extra domum ha- bitati debeantur ab ipso viro alimenta, secundum Anchar. in cap. significasti, num. 7. de diuort. vbi in ver- bis, & forte, inquit, quod propter culpam mariti non esset absurdum dicere, imò æquum, quod vel

fructus perceptos reddat, vel alimenta præbeat: pro- ut vxor elegerit, quem refert, & sequitur Farinat, statim citandus, & voluit etiam Matth. de Afflic. decisione 10. num. 1. & num. 3. vbi ampliat etiam quod vxor habeat abunde, vnde possit vivere. Viu. opin. 458. num. 3. quos refert, & sequitur Farinat. quarto tom. questione 143. §. separatio tori, num. 46. & 47. idem Farinat, eadem questione, §. expulsio, num. 237.

24 Quod est singulare pro intellectu, ext. in l. 3. ti- tulo 19. partit. 4. ibi: Et si accidisset, que separata el cala- mienio por alguna razon derecha, a quel por cuya culpa se partio es temido de dar de lo suyo de que cruen los hijos fue- ro rico, quer sean mayores de tres años, o menores è el otro que no fue en culpa los dene criar, è auer en guarda, quam l. ad hoc citat simul cum iure communi de hoc agente Thomas Sanchez, lib. 10. de matrimonio, titulo de diuort. disputat. 20 per totam, cuius legis Regie ratio militat etiam in separatione ob fornicationem vnus coniugis, quia tuoc fit diuortium ratione iuri- dica culpa fornicantis.

Et sic dabitur electio mulieri in sententia, qua fit 6 separatio tori propter fornicationem viri, & concu- binatum, fructuum dotis, vel alimentorum, prout in facti contingentia iam ita pronauciaui.

Et quod vxor debeat ali à viro, quando ipsa ab eo 7 feorsum habitat eius culpa, quia est nimis leuis, & incomparabilis, seu tenet concubinam, est commu- nis opinio, vt in secundo tom. commun. opin. col. fin. vers. vxor debet ali à viro, vbi hoc verum intelligi quan- do ad eius instantiam admonitus fuit ab eius con- sanguineis, vt concubinam dimitteret, & recusat relaxare, secus si non præcedente tali admonitione, & interpellatione vxor diuertit à marito, quia tunc non debet ali, aliquo pacto. Quæ moderatio vera mihi non videtur, si vxor in hac specie cum licentia iudicis competentis, vel eius approbatione diuertat, licet enim hoc ex causa fornicationis mariti absque præd. admonitione, vt constat ex supradictis. Vnde non sunt ei deneganda alimenta.

Sed & ob scilicetiam coniugis fit separatio tori, vt 8 late egimus lib. 1. Canonice, questionum, cap. 24. per to- tum, & latius post nos Thom. Sanch. lib. 10. de matrim. disput. 18. per totam: & est regula communis quam cum 16. ampliationibus, & 4. limitationibus consti- tuit nouissime Farinat. 4. tom. questionum crimin. qu. 143. & sententia, per totum, vbi §. probatio sententia statim sequenti late agit, quomodo probetur scilicet in pro- posito, & §. verberatio, quando possit vir vxorem suam verberare, vel non, & cautio de non offenden- do vxorem, præstanda sit cautio, & quando ea non sufficiat, & §. expulsio & habitatio, an vir quando & ex qua causa possit propria autoritate ex sua domo expellere vxorem, & contra, vxor ab ipso viro au- fugere, & feorsum habitare: & qualis cautio à con- iuge, cuius scilicet est probata, præstanda sit, ne ra- tione ipsius celebretur diuortium, & coniug, vbi di- uerterat, ei restituatur, agit late idem Sanch. vbi su- pra, quæst. 2. per totam à num. 24. cum sequentibus, & in 3. quæst. num. 47. cum sequentibus an celebrato diuortio autoritate iudicis Ecclesiastici ratione scilicet aut furoris alterius coniugis liceat alteri, aut vtrique ad religionem transire ad ordinari.

CAPITVLVM CXXX.

De restitutione bonorum dotalium soluto matrimonio consentientium in iuribus Regis, & annuis redditibus, & quo tempore fieri debeat præd. restitutio.

S Y M M A R I V M.

1. Restitutio dotis consentientium in iuribus Regis, & aliis redditibus annuis soluto matrimonio quando & quomodo fieri debeat? & numer. seqq. resoluuntur, numero 9.
2. Annuus redditus de iure reputatur, & censetur esse inter bona immobilia.
3. Etiam si sint census redimibiles, quia adhuc reputantur perpetui, num. 6. & 7.
4. Fructus empti gabella à communi pro certo aliquo tempore non censentur esse in fructu, sed proprietati annexi.

Quæro, vxor quedam detulit ad matrimonium magnam dotem consistentem in iuribus Regis quotannis soluendis, vitute quorundam priuilegiarum, & in annuis redditibus redimibilibus super rebus immobilibus hominum priuatorum, duravit matrimon. pluribus annis, tandem vxor decessit absque liberis, & descendentiis, relicta matre legitima hærede vniuersali, præterquam in rebus bonorum, quod marito legauit, qui præterdit se non teneri restituere priuilegia, & instrumenta prædict. iurium hæredi vxoris, nisi post annum soluti matrimonii, nec redditus inde interim decursos, & decurrendos durante prædict. anno, sed eos se debere lucrari, non vero hæredem vxoris, quia consistunt in redditibus pecuniariis iuxta decisionem text. in l. vnic. §. exactio, C. de rei vxoria actione, & l. 31. ut. in part. 4. & ibi Gregor. Lopez, Rursus, mater præd. vxoris tanquam eius hæres præterdit contrarium, imo quod ad se pertinet prædict. redditus à die soluti matrimonii in posterum, quia adhærent rei immobili, suntque iura incorporalia.

Dubitar ergo, quid dicendum sit de iure in præfata quaestione?

2. Respondi secundum ea, quæ propnderentur. Maritum sibi lucraturum redditus decursos vsque ad diem mortis suæ vxoris, & ex illo tempore solutionis matrimonii in posterum redditus decurrendi simul cum proprietate, & sorte principali præd. iurium spectare ad matrem, hæredemque vxoris sequentibus fundamentis.

3. Prior pars huius responsionis probatur, quia hi sunt redditus, & usufructus dotis durante matrimonio, quæ datur pro oneribus matrimonii sustinendis, l. pro oneribus cum siml. C. de iure dotum.

Et hi diuiduntur in formâ præd. l. diuortio in principio, cum materia, ff. solut. matrim. l. 26. in vers. & porque, & c. ut. in part. 4. diximus lib. 1. Canonice, cap. 33, numero 14. & in terminis ita docet, & tenet Marcus Anton. Pereg. de fideicommissis, art. 49, num. 100. vers. sic, ant. constituta sunt, cum sequentibus, vbi loquitur in donariis annuis Principum pro capitali pecuniario, item in censibus, qui in regione frequentantur, ad rationem sex, vel septem, pro septenario, vel ad rationem frumenti, & vini redimibilibus ad voluntatem debitoris, & in his putat diuisionem faciendam esse pro rata temporis, quo pecunie fors, cuius respe-

ctu debentur, singula quaque die suam vtilitatem secundum Bald. & Couar. quos citat.

Ex hoc igitur bene sequitur, quod maritus superstes mortua vxore lucrari debet similes redditus, & rura pro rata vsque ad diem, quo vxor decessit, & solum fuit matrimonium; & deinceps, hæredes mulieris, non expectato anno post dissolutionem matrimonii, nec alio tempore, Idem in terminis tenet, & probat Ayora de partum. prima parte, quest. 6. numero 9. & 10. vbi loquitur in censibus, additidem Author 2. parte, quest. 39, num. 38. in simili casu de quo supra, nempe, quando vxor prædecessit absque liberis, & aliis descendentiis instituta matre hærede, & relicto tertio bonorum suo marito, qui pro dote cum ipsa receperat plura bona mobilia & immobilia inestimata, & matrimonium duravit quatuor mensibus, quod in hoc casu fructus apparentes, & crecidos, debent diuidi pro rata temporis iuxta distinctionem d. l. diuortio, ff. solut. matrim. & maritus iure mariti lucrabitur tertiam partem prædict. fructuum, per los quatro meses que duro el matrimonio, y de las otras dos tercias partes, que quedaron à la muger, sacado el tercio, que ha de llevar el marido de la rra que duro el matrimonio, vt ibi iure late probat, quia non debentur fructus d. tertij ab vxore sibi relicti etiam post mortem ipsius vxoris, nisi à tempore morte.

Vtcrius secunda pars responsionis, nempe quod matri præd. vxoris, vt eius hæredi debeant statim dari atque restitui priuilegia, & instrumenta præd. iurium Regalium, & caterorum censuum, quæ ipsa vxor in dote detulit, & tradidit suo marito, nullo tempore expectato post mortem ipsius vxoris probatur.

Quia annui redditus de iure imputantur, & censentur esse inter immobilia, iuxta text. expressum in Clementina exim de Parado, in vers. cumque annui redditus de verb. signific. & ibi glossa verbo cumque annui, & Cardinal. text. etiam in aub. de non alien. aub. permittand. reb. Eccles. in principio, l. si quis inquilinos, ff. de legat. 1. cum aliis adductis per D. Couar. lib. 3. var. res. sol. cap. 7, numero 2. vers. secundo bonos annuos redditus, Pelaez late de maior. prima parte, quest. 40, numero 6. cum sequentibus, Matienço in l. 7, titulo 11. lib. 5. noua collect. Reg. glossa 1. num. 18. & in l. secunda, glossa 1. num. 82. & 83, ut. 9. eiusdem lib. 5. vbi hoc intelligit, quando sunt constituti super re aliqua immobili, vt in proposito: & nos lib. 2. practice, quest. 146, lib. 1. & est communis omnium sententia, quod hi redditus annui, nisi sint ad modicum tempus limitati censentur inter immobilia, vt cum Baldo, & aliis affirmat Gaspar Rodriguez de annuis redditibus, lib. 1. quest. 14, num. 8. vbi cum Roderico Suárez idem intelligit de redditibus super bonis mobilibus constitutis, & iuribus ad vitam à Rege concessis.

Et quamuis Pelaez vbi supra censent, prædict. iura non loqui de annuis redditibus redimibilibus, sed perpetuis: attamen verius est, & tenendum contrarium, nempe, vt etiam si hi annui redditus redimibili sint intra aliquod tempus, vel simpliciter, non tamen ex hoc desinunt esse perpetui, vt in l. significat, vbi la. alia plura iura allegat, ff. de conditione indebit. Tiraquel plures DD. citans lib. primo de retract. lignag. §. 1. glossa 4. numero 120, & latius lib. 2. §. 2. numero 38, cum sequentibus, quos & alios referunt, & sequuntur Gaspar Rodriguez de annuis reddit. libro primo, quaestione vltima, numero octauo, & quaestione 14. numero octauo, vbi ad hoc citat Molin. de Hispan. primogen. lib. secundo, cap. decimo, numero sexto, vbi dicit, hanc esse veriorum DD. sententiam, & ple-

& plenius Tiraquel, de retract. lib. primo, §. primo, glossa sexta, ex numero tertio, & nos d. quaestione 146, numero 2. & eam sequitur Felician, de Solis 2. tom. de censibus, lib. 1. cap. numero 5.

Ex quo sequitur non esse veram contrariam nonnullorum sententiam nec illam, quam etiam alij voluerunt tenere in hoc opin. nempe quod hi census annui constituant tertiam speciem bonorum, ita vt non sint mobilia, nec immobilia: communis namque sententia tenenda in iudicando, & consulendo est, quod quamuis census sint redimibiles simpliciter à iure, inter immobilia censentur, & computentur, vt expresse hoc probant præd. iura, sicque nihil interest, quod alij DD. dicant ea bona esse improprie immobilia, siquidem etiam si hoc ita esset, vel proprie, iura expressa, & communis doctrina expresse decidunt, & habet, quod ceteri debeant, & computari inter bona immobilia proximum.

Quia vt recte inquit Gaspar Rodrig. d. lib. 1. cap. 3, numero 9, vers. fuer, quando hi annui redditus sub alterna speciebus mobilium, vel immobilium necessario collocandi sunt, ex mente quidem legis, restatoris, aut contrahentium, ex qua videatur, de redditibus quoque actum esse, tunc sequentur immobilium naturam, vt optime adnotat Tiraquel, de retract. lib. 1. §. 2, glossa 6, num. 4. id quod deduci potest ex eorum natura, vel qualitate, nam cum præd. insint, ipsaque veluti accidentia quædam afficiant, cum illis identificari necessarium est, iuxta celebrem sententiam Philosophorum, quæ habet accidentia identificari cum subiecto, & illius substantia subsistere, vt recte considerauit Felician, de Solis 2. tom. de censibus, lib. 1. cap. 1. num. 3, vbi num. 4. refert, se alio loco tenuisse, redditus annuos pecuniarios simpliciter, & omni statu inspecto censeri bona mobilia, & hoc probat dumtaxat, quando redditus annui super bonis immobilibus constituti sunt, vt in nostra specie contingit, iura namque Regalia, eorumque priuilegia in dote data constituta sunt, atque imposita super redditibus Regalibus gabellarum, qui sunt immobiles, & perpetui, & ceteri census priua-

torum super prædiis, & aliis bonis immobilibus, & que pro talibus reputantur, ergo eorum naturam, & substantiam fortuntur, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, vt in regula iuris vulg. & in terminis inquit Ant. Galeat. Maluasia, consil. 121, num. 14, lib. 1, post Bald. & Paulum de Cast. quos citat: quod si quis pro certo tempore redditus futuros gabellæ à comuni emerit, tunc ipsi redditus, qui demum percipientur, in fructu esse non censentur, sed proprietati annexi, Vnde si vxori suæ usufructum quis reliquerit, ipsa redditus perceptos non lucrificet, sed præstita cautione solum illorum, usufructum habeat.

Fit igitur ex supradictis proculdubio, quod si consideremus ipsos redditus decursos, quorum dies iam venit, illi inter mobilia computentur, quia statim quod cedunt pensiones & redditus desinunt esse de corpore, seu re principali, & sunt tanquam proprietates separata, sicut fructus separati sunt corpus mobile stans per se: ita in terminis tenet eum alius Gaspar Rodrig. l. 1. quest. 3, num. 11, in principio, vers. Secundo similia: hos autem redditus decursos durante matrimonio, & in posterum decurrentes, iam supra resoluimus, quomodo sint diuidendi, & distribuendi inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti, nempe, superstiti, namque sunt adiudicandi decursi vsque ad diem mortis alterius, & in posterum decurrendi soluto iam matrimonio hæredibus defuncti: Verum si consideremus sortem principalem regni principis traditam pro his redditibus, & eorum priuilegia dum non redimuntur, & similiter instrumenta caterorum iurium redimibilium super bonis priuatorum constitutorum, recte remanent supra iura probatum esse censenda inter immobilia, quia fortuntur naturam, & identitatem eorum, & non possunt vocari bona mobilia, sed immobilia, quandoquidem sunt imposita super redditibus gabellarum, & aliis regis perpetuis, & bonis immobilibus, & incorporalibus non enim possunt amoueri nec portari de vno loco ad alium, vt possunt mobilia, & femouentia, & iuxta hæc quaestione præd. resoluimus.